

Adduc maritum. at ne revela regibus
 Consilia nostra, si sapis, & es fœmina.
 Cecropidæ, quondam felices,
 Et sancta deum soboles,
 Arva invicta ac sacra colentes,
 Aurea quos sapientia pascit,
 Lucida puræ per spacia æthræ
 Traducentes molliter ævum.
 Ubi castas quondam Pieridas
 Fama novem peperisse
 Narrat flavam Harmonien,
 Ubi pulchrislui flumina propter
 Cephisi Venerem ajunt fessam
 Mollibus exhalando flabris,
 Et blandum spirantibus auris
 Campos afflavisse beatos,
 Dum neicit purpuream roseo ac
 Suaveolenti è flore coronam
 Ambrosiæ comæ.

In quam, ut referunt, comites sophiæ
 Misit amores, omnigenæ essent
 Ut virtutis opitulatores.

Qui nam sacrorum fluviorum
 Urbs, & cunctis hospita tellus
 Te convenientem accipiet, sobolis
 Execranda cæde cruentam?
 Quin expende hic inter amicos

Ch.

Quan-

E 4